



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Salvvs Condvtvs Datvs Protestantibvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

140 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.  
uembritis, habendam esse decreuit, simulque ut in ultraque  
materiam reformationis prosequatur.

## SALVVS CONDVCTVS DATVS PROTESTANTIBVS.



ACRO SANCTA generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem sancta Sedi Apostolica Legato & Nuncijs, omnibus & singulis, sive Ecclesiasticis sive secularibus personis vniuersae Germaniae, cuiuscumque gradus, status, conditionis, qualitatis sint, quæ ad cœumenicorum & generale Concilium accedere voluerint, ut de rebus, quæ in ipsa Synodo tractari debent, omnilibetate conferre, proponere & tractare, ac ad ipsum cœumenicum Concilium liberè & tutò venire, & in eo masen & commorari, ac articulos, quotillis videbitur, tam scripto quam verbo, offerre, proponere, & cum Patribus suis qui ab ipsa sancta Synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis conuiciis & contumeliis disputare, necnon quando illis placuerit, recedere possint, & valeant, publicam fidem & plenam securitatem, quam salutum conditum appellant, cum omnibus & singulis clausulis & decretis necessariis & opportunis, etiam si specialiter & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressi habeti voluit, quantum ad ipsam sanctam Synodum spectat, concedit. Placuit præterea sancta Synodo, ut, si per maiori libertate ac securitate eorum, certos tam pro commissis quam pro committendis per eos delictis iudicessentur, deputati cupiant, illos sibi beneuelos nominent, etiam si delicta ipsa quantumcumque enormia, ac hæresim sapientia fuerint.

SESSIO